

In oppido Sancti Gemini.
Ex eodem Donio.

PUBLIC
QTE FICIO. AD
R NAM. ADSIL VANVM
ONSVM MAVIT. AED. M. A
MMAVIT TABVLAM NEMES
TIRONIANO. SVPERPOSVIT
SVLANORVM. EGO. VESTIBVLVM
IV. XXX. VV. IDEIS SACRIFICI
COMMITTO. QVOD. SLITA. NON
IR. VENTRI. IVBEO
ORI. OPTIMAE. VI. VIRI
MECVM. VIXIT. LEGAT. LIBERI
IM. SACRIFICIVM. PARENTA
VIT. TIT. QVOD. SLITA. SACRIFICI
VM. CARSVLANORVM. AB
LEGAMVS AMI

Carfuli, seu Carfula Oppidum Umbriae inter Nar-
niam & Mevaniam, ab antiquis non semel me-
moratum. Ad illud spectavit fragmentum hoc
marmorea tabula.

Apud Anonam
Liburnia Civitatem.
E schedis Cyriaci.

IANO. AVG. SACRVM
CINIVS. GENIALIS. PRO. SALVTE
ORDINIS. SVI. ET. CIVIVM. SVORVM
SIMVLACRVM. TI. REFORMAVIT
ATQVE. RESTITVIT

Ediderat Reinesius Clafs. I. num. 171. Addere liceat, quum
apud eum CINIS pro CINIVS nomen vitiatum fit. Quid
binæ literæ TI. significant, divinare non ausus est Reine-
sius: ne ego quidem audebo. Vitium ibi suspicor. Si *Tibe-*
rium velis, addendum fuerat *Augusti*.

In Castello Sancti Gregorii in Equiculis,
prope Montem Fiacco.
Ex Donio.

BONAE DEAE. SANCTISSIMAE
CAELESTI. L. PAQVEDIVS. FESTVS
REDEMPTOR. OPERVM. CAESAR
ET. PVBLICORVM. AED. DIRVTAM
REFECIT. QVOD. ADIVTORIO. EIVS
RIVOM. AQVAE. CLAVDIAE. AVGVST
SVB MONTE. AEFFIANO. CONSUMMA
VIT. IMP. DOMIT. CAESAR. AVG. GERM. XIII. COS
V. NON. IVL.

Anno Christi 88. dicata fuit Inscriptio hæc. Eam Sponius pag. 93. tum Fabrettus pag. 637. vulgarunt. Plenio-
rem, & correctiorem Donius dedit.

Tibure.
Ex eodem.

DEMETRIVS CNS EX VOTO
HVIC LOCO TVTELA POSVIT

Sigla C. N. S. fortasse significant *Cereri Nova Sacrum*: quo nomine donata Julia Augusta Septimii Severi uxor,
ut infra videbis Clafs. IV.